

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

**R**enerando et doctissimo viro,  
Dno Sebastiano Haegano, lib.  
in quibusdam libris antiquissimis,  
et Symonij Sen gallorensis Rectori  
colobrensi, Dominus ac in Christi  
fidei plurimum celebris, a  
manus.


**W**  
Sen gallorensis.



S. pl. Promissi mei; Vir Reverende et Doctissime, frater in Christo plurimum co-  
lende; memor, specimen Orationum Graecarum, in usum Collegii nostri edenda-  
rum, mitto. Caratibus quidem exilis est, non tamen inelegans, et huic satis  
conueniens abati. Ipsi etiam exilitas meum mulabit consilium. Cum enim  
una scheda longe plura capi videam, quam ab initio animo fingeram, non tan-  
tum de una desineps, sed de multis diuersis horum Centuriis, ex praecipuis Ecle-  
siae Graecae Doctorum scriptis, sollicitus ero colligendis. Hac etenim ratio-  
ne, id me tandem consecuturus confido, quod non ego tantum, sed plures  
etiam alii in hunc hactenus desiderauerunt. Nimirum, ut studiosis satis  
latus ad sese exercendos in hac lingua campus aperiretur. Aperiatur  
autem non in quouis obvio, et exiguae utilitatis auctore; sed in is scriptis  
et monumentis, quorum utilitas ipsi aequari possit vita. Ea enim mihi  
in primis placent, quae non ob verbum tantum, et dictionum elegantiam,  
sed ob sententiarum quoque eximium in omni vita usum, nostro studio  
atque diligentia merito digna sunt. Reliquorum impressis aliquandis,  
ob editionem manualis factoris, iacebit. His interim frui licebit. Sed  
ad alia. Ego alius fortasse antea, me Lexicon Graecum ex solis scriptoribus  
Eclesiasticis colligere, audivisti. In hoc opere ab aliquot annis non con-  
temnendos, ut spero, progressus feci. At jam auctorum inopia labora-  
rem, ut spero, progressus feci. At jam auctorum inopia labora-  
re incipio. Balsamon in Concilio, quo cavere non possum, nulli obuius:  
et quamquam Epiphanius ex editione Basiliensi haberi possit, Parisiensis  
tamen Petavii, omnibus aliis accuratior, et necessariis illustrata notis,  
in nostris nunquam visa oris. Ita, siquid vel in his, vel etiam in aliis  
rioribus Patrum scriptis detegendis conatus meos iurare posses, rem  
faceres et mihi gratissimam, et reipub. literariae non omnino multi-  
lem. Patere, quae, Vir doctissime, hoc tibi a me onus imponi. Ego vi-  
cissim me meaque omnia tibi prolixè offero, spondeo. Hisse vale,  
meaque amare perge. Saluta venerandos Dn. Dn. Gregas meos, ver-  
bis officiosissime. Deproperabam Signi W. Cal. Decemb. 1657.

R. A. D.  
allichsimus

John Caspar Suerus.



Spl. Responsum ad Quas, Viri Reverendi, atque doctissimi, ex eunte anno superiore  
 datus, differre, quam precipitare hac de causa malui, ut sequenti aliquot ex Graecis  
 publico discipulorum usui destinatas schedas, simul tecum communicare possem. Quae  
 tamen id, praeter spem atque opinionem meam, ob alias typographi nostri occupatio-  
 nes, sero nimis fieri. Quod si sit, non mihi, sed alii ut hanc culpam, seu moram attri-  
 buas, maiorem in modum rogo. Consilium et tuum, et aliorum de attendenda regione  
 interpretatione Latina, et abicienda in fine difficultiorum vocabulorum analysi; Gramma-  
 tica, nequaquam repudio. Interim non desunt rationes, cur hanc potius, quam aliam  
 viam insistendam putaverim. Nempe interpretationem, propterea à contextu Graeco se-  
 jungo, quia, experientia edoctus, scio, talia subiecta negligentia pleorumqueamenta esse.  
 Quae enim Praeceptor cognoscet, utrum discipulus praescriptum sibi penitus à memoria de-  
 promat, de interpretatione loquitur. An vero ex chartis inter recitandum legat, si  
 Latina Graeci regione respondeant? Analysis non tantum, cum de causis omittitur, quia  
 in magnam fatis illis, exerceat et incitem, eorum etiam, quantum haec non incipientibus,  
 sed in studio Graeco aliquo usque progressu consecrata cupio. suo ergo ipsi Marte, pri-  
 vati industria, themata investigabunt, et Praeceptorum rationem reddent, qui viva postmo-  
 dum voce, quae ab eis neglecta videntur, omnibus inculcabit. Atque haec certissima, ad  
 cognitionem Linguarum perveniendi, mihi semper visa est ratio. Nec dubito, quin, ubi  
 primum totum ad finem perductum videris libellum, manibus pedibusque in meam sit illius  
 sententiam. Typographum, ut ulquam maturime fiat, urgere non desino. De successu, felix  
 optime spero. De Grammatica Hebraea quid scribam, vix habeo. In ea multa confusa  
 tractantur: at non omnia. Regulas, propter facilem perspicuitatem, atque brevitate, in  
 maliorum alii preferendas existimo. De solo Paradigmatum ordine atque dispositione  
 laboro. Hunc vero defectum sua in Epitome C. Bruggerius compensat. Quod igitur  
 sentiam, facile vides. Deus nobis clarissimum recipiat, nostrae fides, nobilissimum Dn.  
 Lovetorem Schneebogenum, besterno mane eripuit. Quantum Eulisia, recipiat, si bo-  
 le vulnus! Utinam Elheus succederet! Omnia quotidie in pejus ruunt. Deus Patris  
 miseretur. Atque in hoc omne desino, teque cum suis omnibus optime vultu  
 jubeo. Saluta Venerandos Dn. Dn. Collegas, Fratres in Christo exoptatissimos, meos  
 cui, omniumque vestrorum studiisissimum, tuo semper favore complectere.  
 Tiguri, Idibus Maji, 1658.

Reverentia tua  
 atque  
 Joh. Casparus Siveus.

